UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Svbscriptiones Episcoporvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

Visual Library

Anno Christi 400.

pi, nihil penitus * faciendum. [m] Statutum vero eſt, diaconum non chriſmare, ſed presbyterum, abſente epiſcopo; præſente vero, * ſi ab ipſo fuerit præceptum. Huiuſmodi conſtitutionem meminerit ſemper archidiaconus, vel præſentibus, vel abſentibus epiſcopis ſuggerendam; vt eam epiſcopi cuſtodiant, & presbyteri non relinquant.

* presbyteri agere præſumant.
* non niſi

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

* Patruinus epiſcopus ſubſcripſi.
Aphrodiſius epiſcopus ſubſcripſi.
Seuerus epiſcopus ſuſcripſi.
Hilarius epiſcopus ſubſcripſi.
* Ortizius epiſcopus ſubſcripſi.
* Aſterius epiſcopus ſubſcripſi.
Serenus epiſcopus ſubſcripſi.
Leporius epiſcopus ſubſcripſi.
Aurelianus epiſcopus ſubſcripſi.
Lampadius epiſcopus ſubſcripſi.
Marcellus epiſcopus ſubſcripſi.
* Licianus epiſcopus ſubſcripſi.
Leonas epiſcopus ſubſcripſi.
Olympius epiſcopus ſubſcripſi.
Iocundus epiſcopus ſubſcripſi.
Lampadius epiſcopus ſubſcripſi.
Florus epiſcopus ſubſcripſi.
* Statius epiſcopus ſubſcripſi.
Exuperantius epiſcopus ſubſcripſi.

* Patronus
* Ortigius
* Aſturius
* Alicianus
* Euſtochius

[n] INCIPIT regula fidei catholicæ contra omnes hæreſes, & quam maxime contra * Priſcillianos, quam epiſcopi Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitani & Bætici fecerunt, & cum præcepto papæ vrbis Romæ Leonis, ad Balconium epiſcopum Galliciæ tranſmiſerunt. [o] Ipſi etiam & ſupra ſcripta viginti Canonum capitula ſtatuerunt in Concilio Toletano.

* Priſcillianiſtas,

CREDIMVS in * vnum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, viſibilium & inuiſibilium factorem, per quem * creata ſunt omnia in cælo & in terra: hunc vnum Deum, & hanc vnam eſſe diuinæ ſubſtantiæ Trinitatem: Patrem autem non eſſe ipſum Filium, ſed habere Filium, qui Pater non ſit: Filium non eſſe Patrem, ſed Filium Dei de Patris eſſe natura: Spiritum quoque paracletum eſſe, qui nec Pater ſit ipſe, nec Filius, ſed a Patre Filioque procedens. Eſt ergo ingenitus Pa-

* vnum verum Deum
* facta

De hac regula habes in primo Bracar. Côcil. in princip.